



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 25. Ulrici Ciliæ Comitis mors

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. **A.C. 1456.** **denuo in apertas erumpebant flammæ;**
natu enim major Huniadis Filius popu-
lo suo in paucis carus Ulricum e medio
tollere constituit. Interea Ulricus cum
Ladislao nepote suo Albam græcam pro-
fectus, regni administrationem sibi ven-
dicare moliebatur, eoquod Huniades
potentissimus ipsius æmulus morte sub-
latus esset. Verum oportuit prius duos
illos Huniadis Filios regno pellere; hi e-
nim eam urbem valido præsidio muni-
tam tenebant. Cum vero Ulricus con-
silia sua per utriusque potentiam vehe-
menter præpediri haud esset ignarus,
hinc opem in calumniis quæsit, eorum-
que famam apud Ladislaum Regem la-
befactare conatus est. Ast Hungari tam
probrosæ rei indignitate commoti in ca-
lumniatoris necem conspirarunt, nihil
eos remorante regii sanguinis reverentia;
Ladislai licet, qui eorum Rex erat, avun-
culus esset.

Æn. Sylv.
epist. 253.
Et Hist. Boh.
cap. 66. Et
seq.

Thuros cap.
58. Et seq.

§. XXV.

Ulrici Cilicæ Comitis cædes.

Igitur Hungari Ulricum, qui unacum Re-
 ge in Ecclesia rei divinæ intererat, die
 undecima Novembris divo Martino sacra,
 ad abditum quoddam conclave evocant,
 & post quædam inter ipsum & Huniadis
 Filium natu majorem duriora verba, Ul-
 ricum multis vulneribus confossum inte-
 rimunt.

rimunt. Ecquidem Rex Hungariæ facti se præfente perpetrati temeritate graviter commotus erat, nihilominus juftæ indignationi fuæ imperandum cenfuit, feditionis futuræ periculum veritus, quini- mo Paricidis criminis veniam polliceri, ac gratiæ, fuæque benevolentiæ participes reddere compulfus eft: Verum fimulata fuit promiffa hæc Regis gratia; quippe clam opportunas quæfivit occafiones, quibus depulfo rebellionis metu dignas a reis pœnas pofcere valeret.

Sæcul. XV.
A. C. 1457.

§. XXVI.

Primogenitus Huniadis Filius capite truncatus.

Sane paulo poft Regis confilium occasio e re nata adjuvit, qua ipfe utendum ratus, Anno Chrifti millefimo quadringentefimo quinquagefimo feptimo, cum ver- num jejunium ad medium vergeret, Budæ exiftens Ladiflaum Ulrici interfectorem, ejusdemque Fratrem Matthiam, & alios nonnullos intra regiam captos carceri mancipari, ac triduo elapfo Ladiflaum capite damnatum, in feriali pegmate publice plecti juffit. Juvenis ifte vix viginti quatuor annorum Princeps mira intrepidi animi constantia veftem auro intextam, quam Rex ei dono dederat, induit, atque ad fupplicii locum perexit, quo

Æn. Sylv.
ibid.

Bonfin. l. 8.
§ 9. feft. 3.